

scopi invigilabant, cura tamen singulari *Epi-
scopo Romano* commendata.

XLVIII. Quod traditionum adplicationem concernit, eæ testimoniis scriptis auctoritate sunt pares, ulu autem antecellunt; sacras enim Scripturas antecedere, comitari ac subsequi necessario debent.

XLIX. Si ea quæ diximus ad *Romanocatholicos* transferantur; sequitur, eos solos de integra Religione christiana certam notitiam habere posse, quia soli in ea comprobanda testimoniis scriptis traditisque utuntur:

L. At necdum inde confectum est, eos etiam actu et quidem solos totam Jesu religionem tenere: cum enim lapsu temporum, usus et verborum significatio commutetur, traditiones ipsæ non raro in quæstionem vocentur; aliud profecto criterium requiritur, quo ceu complemento, priorum imperfectionibus et defectibus succurratur:

LI. Hoc vero nec est nec esse potest, quam *Potestas Ecclesiæ Præpositis concessa*, et continua successione ab uno in alterum deri-